Martis agat quid Mercurij Venerisq; Iovisq;  
Falciferiq; senis. q̄stum latous in herbis  
Sol queat. aequoreos cur nata Lycaone fontes  
Introīsse timens nunq; occidat. vnde coruscet  
Pleiadum soror vna parum sed inania tantum  
Quid sequor: astriferos transcendit sepius ares  
Itq; dei in gremium: nec maiestate sub vna  
Ignorat trinum contemplaturq; tonantem  
Scilicet infirmo dolet is sibi grata dcesser  
Officia. et gazas cumulare laborat opimas  
Eum norit maiora deum dare premia: quo quis  
Pectore perpessus fuerit grauiora ferendo.  
Adjice q̄ seruos poteris reperire fideles:  
Qui tua non aliter noctuq; dieq; procurent  
Predia: q̄ propriam studeant seruare salutem  
Hec domino querant vllas imponere leges:  
Etu coniunx morosa viro curabit amicus  
Languentem maiore fide: nanc; uxor vt esse  
Se tristem simulet: conturbat sepe maritum.  
Interdumq; suam desperans inde salutem:  
Ante diem miser ille cadit: nec filius obstat:  
Cum nimium vixisse patrem putet: adde dolores:  
Quos patimur: cum nata fugit: cum pignora flentes  
Efferimus, videoq; ni fallor Apollinis estro  
Cur ita coniugij subito flagrare calore  
Leperis instantes te sponsa Caraphia flammaq;

Impulit: hinc similem. cum te miserande putari  
Esse repertum non omni turtur in agro  
Nascitur. et toto phe[n]ix est v[er]nica in orbe  
Quod si te veneri non posse resistere dicas  
Legitimo te trade thoro Barbetta: sed illud  
Temonuisse velim: caueas: ne caecus amore  
Loniugis (ut multi) sonentes rapiaris ad umbras.

¶ De compunctione .ix.

**S**umme parens: aeterna quies: et origo salutis  
Et vitae lux una meae: tibi gloria soli

Debetur: te regna timent cocytia: tecumq[ue]

Terra iubente tremit: reprimuntq[ue] ferocia venti

Sibila: et angelice seruant tua iussa caterue

Ast ego te patrem ceu dignatus. adhesi

Zaenario regi: vanamq[ue] superbis ut auram

Captarem: nullos renui tolerare labores:

Eumq[ue] tuos equum celebrare fuisset honorcs:

Floria maluimus cantare cupidinis arma;

Glorioleq[ue] audi subitos aperire tumultos

Dentis Apollinei stimulate numinis estro

Quam melius rufis herbosos armenta per agros

Duxissem pastor: durasue colonus aratro

Sulcassem terras. nocuit solertia: meq[ue]

Perdidit ingenium: quo: mens nisi leua fuisset

Par erat; ut veteri fugerem tibi teste notari:

Te geniti. multosq[ue] dedit tibi largus honores:

Ad domini presepe sui cum noscat asellus

Dunera tu huiusq[ue] mea percepisse videris.

L ü

Confiteor nimis ingratum me Christe fuisse  
Erroresq; meos numerum transcendere arene  
Sed cum prestiteris mihi te vice patris: an villam  
Conuenit: ut tanto ferat a genitore repulsam  
Filius: et cassas effundat in aera voces  
Pendentitecum scio te ignouisse latroni  
Quiq; ter adiurans te cognouisse negauit  
Promeruit veniam: et meretrix: tibi que fuit olim  
Ausa lauare pedes lachrymis: et tergere crine  
Ecce cruentate iaceo crucis ante tropheum:  
Jam precor in largos aperi mea lumina riuos:  
Imbris his tellus anime madefacta/bonorum  
Fac pariat fructus operum. variosq; benigno  
Ubere virtutum flores: deturq; reatus  
Hinc delere graues. et saluis mercibus ire  
In patriam per aquas oculorum e fonte cadentes.  
O foelix vena et verius fragrantior hortis:  
O fons utilior. fuluoq; potentior auro:  
Tu sordes anime purgas: tu destruis omnes  
Insidias: tu magna tuis incendia carnis  
Fluctibus extinguis. prohibesq; resurgere motus  
Illiitos: nutuq; oculi potes atria coeli  
Scandere: et iniustum trahere in tua vota tonantem  
Si lateris fleui aut capitis stomachive dolore  
Sepius: aut aliquam grauiter succensus in iram:  
Lentus ero in lachrymas vitij mea corda lenantes:  
Heu quid id est: que flere vetat me dira potestas:  
Inuitoq; mihi gemmos obturat ocellos:

**M**enigare pudet nunc ora salubribus vndis:  
**Q**ui nihil erubui: nec voce procaciter uti  
**H**ec te arte oppugnare omni mens inde gelata  
**H**umirum optatos nequit eliciisse liquores.  
**S**is presto pater omnipotens: et flumina nostris  
**E**cute luminibus. quo vias auspice **M**oses  
**E**ptra deprompsit aquas non deserit ales  
**P**ullos foeta suos: licet irritetur ab illis  
**S**epius offensam pietas cum sufferat omnem  
**H**onne tuum pater est misereri: non redemptus  
**A**bs te morte sui: longinquis exul in oris  
**H**ac tenuis erravi: redeunti ignosce: iubeq;  
**U**t stola prima mihi reddatur et annulus: atq;  
**L**alceus: et quoniam sub corde latentia nosti:  
**O**mnia fac nostre succurrant crima menti.  
**U**t simul illa quibus potero / deflere querelis  
**D**igneris multo vitulum mihi tradere pingui.

**¶ De Prudentia Ad Titum ¶**

**Q**uo raperis miser a sensu: rationis ut expers  
Et primum in terras animal: num dedala circe  
Transtulit in pecudem magicis tua corda venenis:  
Quo iubet: affectus te distrabit: incq; sinistris  
**D**ens desiderijs plerumq; moratur: et audet  
Qua nulli licet ire: via prouimpere: q;uis  
Immineant dubie diuersa pericula vite  
Quam melius Tite serpentis sumpsisse figuram  
Dehinc fuerit. ne precipitem vitiosa libido  
**T**eferat: et cupias: quodcunq; videtur ocellis

**L** iii

Esse bonum aut pulchrum sub nectare sepe venena  
Dira latent. turpesq; inter serpilla rubete  
Humani proprium generis prudentia donum est  
Qua si quis careat: brutum magis esse putare  
Jure queas: q; verum hominem quin dignior ipse est  
Signari digito. maioreq; labe notandus  
Nature ius omne sue fera seruat: et ales:  
Degenerant homines propria ratione vacantes  
Eia igitur longa ne consuetudine gressum  
Si nimius reuocare labor: te corrige: tecq;  
Solerti rege consilio: si naufragus essem:  
Nonne pedes quater es geminos et vtrosq; lacertos  
Sospite vt hac littus posses attingere vita:  
Que tamen aut sero. aut citius reddantur: oportet  
Cum data prescripto fuerit tibi tempore: et istud  
Hac ingressus iter sis conditione: vocatus  
Ut scimel hinc abeas: ast: vt tibi vivere detur  
Eternum: noles resipiscere: quodq; futurum est  
Sublimi ceu de specula vt prenoscere possis  
Preteriti memor / et presentibus vt decet vti  
Non alsisse voles: neq; te sudasse iuuabit:  
Nauta bonus nisi prospiceret procul vndiq; pontum  
In scopulos rueret: sic: qui ventura reuolut  
Hunq; animo: incautis per mille pericula velis  
Fertur: et ex facili brevibus summergitur vndis  
Ut manus est eadem: seu corripiatur in arctum  
Seu latam in palmam protenderis haud secus omni  
Sit tibi mens eadem præstat prudentia casu

**G**el bona te lactet. mala vel fortuna flagellat  
**H**inc nec laude capi: nec succensere docemur  
**O**pprobris si quis nos prouocet: inq; caducis  
**S**pem nullam posuisse bonis: et spernere cuncta  
**Q**ue nobis humana queat rapuisse potestas  
**N**ec cuiq; est aliud subitum: et sua quisq; priusq;  
Proferat: exacto ter verba examine librat:  
**N**ec probat immotas: pronasve loquentibus aures:  
**N**ec proprijs maiora humeris affectat et ancepit  
**S**iquid inest: consulta diu suspensa reseruat.  
**N**amq; gerunt crebro mendacia veri  
Et verum persepe latet sub imagine falsi  
**S**i phlegmoneos cupis euasisse tyrannos  
Et patrum illustrare solum; coelumq; mereri  
Prudenti metire animo: quodcunq; parabis  
Efficere: aut ceris mandare: aut voce profari.

**P** Desera penitentia. Ad Matthaeum xi.

**T** E grauis incepit ferme incuruare senecta  
**F**latuumq; genus macies populari ruborem  
Lumq; supercilijs crines candescere: iamq;  
Uicinis premeris casuri finibus aeui  
Et tamen e veneris te consuetudine nondum  
Eximio: et turpes differs abrumpere castles  
Leu mauors lacerare plagas cunctatus abenias  
Quo miser usq; tuam renues curare salutem:  
Jactariq; sines medio tua carbasa ponto:  
Nonne vides alios inde increbescere fluctus:  
Inde tuas minui vires: nunc cornua frangi

**L** iij

Antenne nunc remū aliquem: atq; hincinde ruderet  
Et modo sub prora: modo puppe dehiscere nauim  
Dum potes humane firmo temone carine  
In tumido vite pelago ratione iuuari:  
Incipe concessa totis ope viribus vti:  
Incipe: nec leti tempus Matthee supremum  
Expectare velis quis enim tibi dixerit: an sis  
Seruus aut celeri clausurus lumina fato:  
Ponc: q; occumbas lento languore: putabis  
Tene ita de facili lachrymis tua crima posse  
Ablucre: et quantum sit opus: scclus omne dolores  
Si venerem incipient iuuenis feruentior atq;  
Egelidus vitare senex: veniamq; precentur:  
Utrum horum delicia magis plorare licebit:  
Nonne senem: quia non alio placare tonantem  
Auxilio valeat: sua q; peccata gemendo:  
At iuuenis preter lachrymas questusq; meretur  
Re quoq;: cum celebs ardenter sanguine vitam  
Transigat et solitos caueat robustus amores  
Adde aegrotantes artus: mortisq; timorem  
Ne tibi corporeas sit cura futura procellas  
Sedandi maior misere q; vulnera mentis:  
Non debes timuisse parum. quid et illud: amore  
Tu ne dei potuis morientem flere putarim.  
Quam triplicis terrore canis: direq; me gere  
Flecte pedem: reliquosq; dies dispone: furores  
Flequitie cohibens inopiq; alimenta ministrans  
Danaq; sincero meditaris celestia corde



Quia minime reris: fortasse vocaberis hora.

¶ Lauendum contra demonis insidias  
Ad Castaldum xij.

**A**Um ferus humani generis consueuerit hostis

Insidias nostre sine fine parare saluti:

Atq; lacesisti semper de more leonis

Rugiat in nostram concusso dente ruinam:

Non opus est placide castalde vacare quieti

Non opus est lentos molli stertere lecto

Urbs faciliter capitur non custodita labore:

Quiq; lares tutore carent: sunt preda latronum

Truncari vidi semel a tyrone pusillo

Prestantem virtute ducem: dum segnis in umbra

Securusq; sui gremio captaret aperto

Frondibus estiuas somnum elicientibus auras

Si versura procul vulpes. si dama latrantes

Audierit vel cerua canes. siue aera rapacis

Accipitris fluvialis anas resonantia: sese

Protinus occultant inter dumeta lacusq;

Hos quoties strepitus nostras hostilis ad aures

Venerit in blanda pigri cantabimus herba:

Foemina cum nobis nimio venit obvia cultu

Lum varias spectamus opes: laticesc; falernos

Et suaui nidore dapes: regumq; fauorem

Non procul hinc animarum hostem mugire leonem

Haud dubium est. nunc mente decet nos illa sagaci

Elapsura breui meminisse: nigrumq; sub illis

Abscondi virus: miserisq; resurgere lites

**S**epius hinc morbosq; grates: et bella cruenta  
Quid stolidum magis est: q̄ longam exposcere vitā  
Et tamen ignava semper torpere quiete:  
Quam si quis recta velit expendisse bilance.  
Non multum a leto differre fatebitur: atq;  
Uim hominis certūm testabitur esse sepulchrum  
**S**egnicie tardos conductit nemo colonos:  
Quosq; piget capere arma: truci dum sidere cancer  
Estuat hos merita dux concitus imperat ira  
E castris procul ire suis: nec querit inertem  
Vectorem extremas mercator iturus ad oras  
Sic fugat agricolam multo torpore iacentem  
Eterne dominus segetis: ve terq; quaterq;  
Quisquis is est: cuius precordia tanta capescit  
Pigrices: turpem mercatur ut inde repulsam  
Hei mihi crura labunt. cor palpitat. ossa gelantur  
Dracq; pallescunt: crinesq; leuantur in altum:  
Dum metuo: ne Chr̄iste tua de messe repellat  
Ab potius torque innumeris mea mēbra flagellis  
Ab potius lybicos profugum me mitte per estus  
**S**iue per arctoe crudelia frigora terre  
Si neget alma mihi tellus: alimenta: diemq;  
Phoebus: et vndosum contra me seniat equor.  
Et caput assiduis niger hoc petat imbribus aer:  
Deq; homines habeant odio. volucresq; fereq;  
Aequo animo tulerim: modo me digneris amare:  
Ab pudeat celestem animū marcescere somno:  
Eum videat nunq; cessare hyperiona: seq;

Ut tollant plante sublimi vertice: semper  
Eniti: quoties datur exercere facultas  
Incrementa sui. demiroz sepius: vnde  
Tam grauiter formidet iners succumbere mortis:  
Qui similem vitam traduxerit. ecce propinquat  
Ille dies: quo nostra salus Castalde reuixit  
Christus: et infernis victor remeauit ab umbris.  
Quos laqueos lupus ille paret: que retia credis:  
Nunc animis opus est nobis: nunc pectore firmo  
Nunc vigili studio nos defensare necesse est.  
Ille verecundo querit pressisse pudore  
Dra hominū: quantumq; potest: effingere noras  
Maiores venia: seu persuadere: nec esse  
Tartareas penas: sensum nec habere sepultos.  
Hybernas citius guttas: aestatis aristas  
Autumnī fructus: et veris germina dicam:  
Quā valeam antiqui fraudes numerare draconis:  
Quas si consilio cupimus superare salubri:  
Luctibus imprimis multis precibusq; supernam  
Imploremus opem: debinc nostra nouissima semp  
Pectore versentur. venient ea tempora cum nos  
Sub gelida claudemur humo: vermesq; vorabunt  
Viscera nostra: quibus nec terra nec aquora possunt  
Abertim prebere cibos heu lumina tantis:  
Dedita delicijs vetitissq; vacantia ludis:  
Heu cerebrum: tumido quod caeca superbia folle  
Inflat: et immenso studet exequare tonanti:  
Heu celeres in cuncta pedes mala: lingua dolosa:

**S**audens cede manus: letiq; libidine renes.  
**S**audia vestra breui mors auferet: vtq; volucrum  
**A**eris in campo vestigia nulla supersunt:  
**S**ic nihil e vestris dabitur spectare triumphis:  
**Q**uodq; magis deflere decet: longeq; timendum  
**E**st magis: aeterni tormenta subibitis ignis:  
**D**um castalde licet: somnos fugiamus inertes  
**U**t domino vigiles redeunte vocemur ad astra

**¶ De turpi oculorum usu** **xiiij.**

**Q**uo plebs quo pceres ita currut: hostis an instat  
**N**enibus: et pulsat iam muros ariete crebro:  
**S**ine repento populatur predia cursu:  
**A**ut abigit nostra raptas ex vrbe puellas:  
**A**b crudele nefas: campo gladiator aperto  
**C**onflicturus adeit veteris de more theatri.  
**H**os ne dedit nobis genitor coelestis in vsus  
**L**umina: cum iubeat: ne quis sua tela cruore  
**I**nquinet humano. que vos dementia reges  
**Q**uis furor exagitat: qui nullum creditis esse  
**F**lagitium: immunem certanti tradere campum  
**N**e fas tis hoc: ictus repeti persepe iubetis:  
**H**ec pugnam dirum sinitis: nisi corruat alter:  
**A**tq; cruentatam feriat ter pectore terram.  
**Q**uam iustum foret: ut vobis spectantibus ambo  
Deciderent oculi: sed vos grauiora morantur  
**S**upplicia: est quo lenta dei magis ira potentis  
**Q**uid referam: in sacris quot quantaq; criminis tēplis  
**L**ommittant oculis iuuenes mollesq; puelle:

Hinc varijs ad corda patet ferienda sagittis  
Janua: quam studio si non custodiat omni  
Et firmis clausam teneat mens prouida valvis  
Nulla homini reliqua est fiducia: deoq; salute  
Actum anime est. heu Christicole quo gloria gentis  
Quo deducta fides: ius et fas omne profanat  
Intuitu gens nostra suo: spectareq; manult  
Illecebras terre: q; sydera: et inde beatas  
Ad sedes animo ferri. viteq; parare  
Perpetue sibi delicias. quin sepius audet  
Ipsa queri: quoniam nequeant cum turpiter vti  
Bruta oculis: hinc solus homo persepe feratur  
In vitium pene inuitus. sat iusta querela  
Hec foret: etherei si quicq; animalia flamme  
Cetera: et humane si quid rationis haberent.  
Sed cum nos virtute deus dotarit. vt omnes  
Inde voluptates expugnaremus: et extra  
Conantes prescripta sibi confinia ferri  
Frenaret ratio: cur iussa capessere tantum  
Effugimus: tardiq; sumus parere morienti:  
Eur: nisi q; blandis nimis indulgemus ocellis

¶ Admonitio valde utilis Ad Franciscum p. 111.

Quoniam quereris subito oblatas ad crimina plures  
Quae facultates. tibi vix Francisce reuerso  
In patriam: tua que perturbent pectora: queq;  
Concepto bene vivendi se opponere voto  
Multiplici querant astu noctuq; dieq;  
Eia agensis animo nulla formidine fracto

D

Flecte ceu domitum invictoꝝ sub hoste iacentem  
Desere. nec multum mirare. quod vndiqꝝ turbe  
Immineant casusqꝝ. tibi mirabile longe  
Id foret: in celum si de mortalibus vni  
Semitæ. nec cura tibi nec sudore pateret:  
Leu neqꝝ te fallax mundus: neqꝝ liuidus ausie  
Sollicitate rebus: vel adhuc in carne rebelles  
Sentires minime sensus. que iugiter ipsam  
Oppugnans animam: nisi prospiciamus: in atraꝝ  
Brutorum species nos illecebrosa venenis  
Lirceis mutare solet/ gaudere iubemur  
Hos quoties varie exigitant hincinde procelles  
Et merito. que nancꝝ potest spes esse triumphis  
Est ubi certandi nulli locus: ille vocatur  
Ad palmam: quemcunqꝝ suis sors aspera turmis  
Prouocat ad pugnam. felicia castra decensqꝝ  
Luctamen: quo nemo potest inuitus ab ullo  
Hoste capi: nullisqꝝ alijs: vt vincat: oportet  
Se quisqꝝ auxilijs stipet: nisi vincere vt ipse  
Destinet: o felix sub Christo principe miles:  
Qui in arbitrio est victoria semper: et omni  
Premia consequitur voto maiora fideqꝝ.  
Dic precor: est ne aliquid: quod amet terrena libido:  
Quin sint mille prius subeunda pericula: si quis  
Id cupiat quesisse sibi. feliciter actum  
Esse putat secum mercator: siquid adeptus  
Uberius fuerit post multa incommoda multos  
Post mariꝝ et terre casusqꝝ cœlicqꝝ labores

Quid martis toleret miles quid amator honoris  
Perferat: et quanta curarum mole prematur  
Quisquis lascivis insudat amoribus: omnes  
Flouerunt inuenes atq; audiuerere puelle.  
Hec igitur nos sudantes alacresq; sequemur  
Uilia: cunq; ipsis hominum communia brutis:  
Et casura brevi soloq; placentia fuco?  
Que vero nos agminibus celestibus addunt:  
Detur ut amplecti: genium nolemus inertem  
Frangere: et in thalamis tuti expectabimus altis.  
Donec ad angelicas nos vi deus eleuet arces:  
Leu: nisi nos habeat: sua sit petitura potestas:  
Sic amen hanc quā turba facit tanti improba: vitam  
Captare exiguo posset conamine quisq;  
Naud ita mirandum saltē foret: ille laborem  
Si fugiens ignauia sequi magis ocia velle  
Quam pugnans herere deo. q; si via christi est  
Zenior: et salebris nos asperioribus urget  
Latum erroris iter (stygio gens vnde sub antro  
Lassatam scelerum se calle fuisse fatetur)  
Nonne ingens hominum est dementia ferre labores  
Holle ibi: ad aeternam est sibi transitus vnde quietem:  
Sed magis ad poenas vnde a sudoribus situr:  
Vitio illud quod mundi omnes supereminet vnum  
Delicias. si quanta quies / sit quanta voluptas  
Turpibus exemptam vitijs cognoscere mentem.  
Quid presentis habent optabile gaudia vite:  
Que si quis pelago querat terraue / fatigant

D u

**P**artacq̄ cor hebetant / amissacq̄ duriter angunt.  
**F**ec dubita. quin perpetua vexentur erynni  
**I**mpia mens. est nanc̄ dei. qui fallere nunq̄  
**E**t nulla falli arte potest sententia. pectus  
**M**ore procellosi crudele tumescere ponti.  
**H**inc nihil est vacuum formidine: cuncta minantur  
**H**inc casum inde faces: intentant omnia mortem.  
**H**inc ne hominum generi nos inuidisse decebit:  
**E**t tam foeda sequi vestigia: cumq̄ perenni  
**L**ibertate frui liceat. nos ibimus vltro  
**S**ub iuga: vt infausta viuentes morte cadamus  
**S**orte magis misera. piceoq̄ miserrima in igne  
**S**upplicia impingat nostris dux inferus vmbrio  
**N**os tam precipuis comitantibus usq; magistris  
**D**ominum vanis nimis obruta pectora rebus  
**Q**uis non hec videat. vel sole nitentius esse  
**V**era magis: q; verum ipsum? hen dementia summa  
**N**on tamen efficimus: que nos facienda videmus:  
**T**ardantes coena sufficam auellere plantam  
**O**ccurrent persepe tibi et ferine omnibus horis  
**P**lurima: que soleant humanam inuoluere mentem:  
**E**t tradere in cladem: nisi cauerit. illa profecto  
**E**necat ante alias nos certo vulnere pestis  
**S**i quis amicicias. et tecta frequentat eorum:  
**Q**uorum vita aliud nihil est: q; pessimus omnis  
**F**lagitiū fomes: que tempus in omne laborat  
**T**artareo sub rege merens: vexillaq; mortis  
**A**lgra sequens. cumulansq; stipendia lethes

Artifices oppugnare suum et depellere coelo  
Ergo age psalmilo qui monitus imitare prophete:  
Vinculaq; effringas: nec triste mereris eorum  
Deieciisse ingum: quos gaudia vana sequentes  
Tradidit in reprobum diuina potentia sensum  
Qui cum iusticie videant crebra arma superne:  
Non tamen aduertunt: per agunt qui talia: quosq;  
Assensum prebere iuuat facientibus: esse:  
Eedis utroq; reos. sed te Francisce precamur:  
His caueas herere quibus pulcherrima rerum  
Est odio virtus. illud sub pectore fixum  
Semper habe: tutum magis esse placere tonanti:  
Quam cuius hominum. quare te sancta lacescat  
Ambitio: et vitae iam deditigare magistros  
Ilos esse tuae: qui preceptore salutis  
Te magis indigeant. id nempes salubrius esset:  
Ut tua virtutum vestigia calle sequentes  
Inciperent homines fieri: q; turpibus actis  
Lum grege tam fedo tu te obbrutescere velles  
Obstupeo: et nullo ferme ut lapis hereo sensu  
Decum animo quoties humana negocia sine  
(Uerius vt referam) deliramenta voluto  
Flamq; sacris furor est ingens nil credere libris  
Quorum dicta probat sanctorum vita cruxq;  
Confirmat ratio: solidant miracula: mundus  
Lantat apostolicus testatur cetus: et ipsa  
Passim elementa docent: regesq; fatentur auerni:  
Illa tamen longe est maior recordia: cum quis

D iii

Credit: at obscenis ex morsibus esse videtur  
Nil dubius: quin falsa fides sit nostra leuisq;  
Nam quis verum esse putat locupletibus esse  
Difficilem ad superos aditum: quid ingiter auro  
Tantum inhiat: querenda homini si gloria coram  
Elitibus: cur humano pendemus ab ore  
Palliduli: si summa probis nos astra patere  
Ereditimus iniustis plutonia stagna videmur  
Unde nihil sperare minus: q; gaudia celi:  
Aut horrere nimis: q; terne ergastula sortis  
Tu vero angusta contendere crumpere porta  
Hec: multi quid agant: circumspice: sed quid agendum  
Nature lex admoneat ratioc; deusq;  
Non etenim inferior fuerit tua gloria: si sis  
Cum paucis foelix: nec si cum pluribus ignes  
Eternos subeas: minus excrucia bere: quos ut  
Euitare queas: suffragia bina iuuare  
Precipue poterunt: vox supplex scilicet atq;  
Larga manus: nec enim nostri valet vlla facultas  
Quidq; exorato sine numine: quac; bilance  
Mortales fuerint vsi: promisit eadem  
Se deus usurum. sed noli credere: cum te  
Ad sanctas initio preces: ad multa citari  
Verba: sed ad lachrymas animiq; recessus.  
Nil equidem curo: quanta Francisce preceris  
Verborum serie: et motis q; sepe labellis:  
Sed quanto feruore: quibus singultibus intus:  
Quam summisso animo: quanta virtute fideq;



**S**i tibi grata salus: si tuta currere puppi  
**H**umanus pelagus cupis implacabile seclū.  
**D**uraq; auernalis vitare ceraunia ponti:  
**P**retereat tibi nulla dies: qua membra tonantis  
**N**on adeas scmel in ligno pendentia: et illud  
**P**rostratus clamis animo: delicta tenelle  
**E**catis ne Christe velis meminisse: sed huius  
(Est tua que pietas) anime miscrere iacentis  
**P**ostremo cunctas menti succurrat in horas  
**Q**uale tue letum sit passus amore salutis  
**F**ilius aetherei patris: et fatalia parce  
**Q**uam cito fila queant succidere: semper et inde  
**L**eui geminis stimulis impulsus amore metuq;  
**Q**uam potes aeterni festina ad premia regni  
**P**er breve luctifice stadium foelicia vite.

**T**Finis primi libri.



802 1051


ULB Halle  
004 974 344





# Farbkarte #13

B.I.G.



Odouicī Bigi pīctorū Ser  
ariēsis Christianorū opus  
über prim' Joāni Frācis  
frādule comiti Cōcordie dēdicatus

L. H. C.

opus ē. sz forte sua breuitate putabis  
us. e terris stermit ad astia viam



Hecht  
1740  
1420